An. et vol. XXXVII December 1945 (Ser. II, v. XII) Num. 12-13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Acta Pii PP. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 305 - Epistula, p. 309 - Allocutiones, p. 314 - Nuntii radiophonici, p. 318. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 325 - *S. C. de Propaganda Fide*: I. Provisio Ecclesiarum, p. 326. II. Nominationes, p. 327 - *S. C. Rituum*: Decreta in causis Servorum Dei, p. 328. — Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine, pp. 333-336.

Indices vol. XXXVII, an. XXXVII, 1945: I. Index generalis actorum, p. 337 - II. Index chronologicus documentorum, p. 339 - III. Indices nominum: a) personarum, p. 348; b) dioecesium, vicariatuum, etc., p. 354; c) religionum, p. 359 - IV. Index rerum analyticus, p. 361.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 200 — extra Italiam, *L. it.* 300 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 25 — extra Italiam, *L. it.* 35 —

« Bis fere in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVII, n. 12 - 23 Decembris 1945)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *De Bangkok* (de Chanthaburi). - E Vicariatu Apostolico de Bangkok pars selungitur et novus Vicariatus Apostolicus de Chanthaburi erigitur. - *11 Maii 1944* 305

II. *Neopampilonen. - de Arauco* (de Labateca). - A dioecesi Neopampilonensi et a Praefectura Apostolica de Arauca pars selungitur et nova erigitur Praefectura Apostolica de Labateca. - *13 Iunii 1945* 307

EPISTULA

Quartum exactum saeculum. - Ad Excmum P. D. Carolum de Ferrari, Archiepiscopum Tridentinum, ob celebrationem quarti elapsi saeculi ex quo Oecumenica Tridentina Synodus inita fuit. - *21 Novembris 1945* . . . 309

ALLOCUTIONES

I. Ad Legatum Reipublicae Argentinae. - *27 Novembris 1945* 314

II. Ad Hebraeos profugos. - *29 Novembris 1945* 317

NUNTII RADIOPHONICI

I. Christifidelibus Argentinae, exeunte saeculo ab institutione Sodalitatis a Precationis apostolatu Bonaërensi in urbe coadunatis ac Sacro Cordi Iesu totam Rempublicam dicantibus. - *28 Octobris 1945* 318

PAG.

II. Christifidelibus Hispaniae sacra sollemnia ob saeculum impletum ab institutione Sodalitatis a Precationis apostolatu Matritensi in urbe celebrantibus. - *18 Novembris 1945* . . 321

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 325

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. Provisio Ecclesiarum 326

II. Nominationes 327

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Lucionen.* - Decretum de *Tuto* pro canonizatione B. Ludovici M. Grignion a Montfort, confessoris, fundatoris Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae et Filiarum Sapientiae. - *21 Maii 1945* 328

II. *Romana.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Hyacinthi M. Cormier, sacerdotis professi Ordinis Praedicatorum. - *22 Iunii 1945* 330

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 333

II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 333

III. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 334

An. et vol. XXXVII 23 Decembris 1945 (Ser. II, v. XII) – Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE BANGKOK
(DE CHANTHABURI)

E VICARIATU APOSTOLICO DE BANGKOK PARS SEIUNGITUR ET NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS DE CHANTHABURI ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Thailandensi regione magis ac magis prolatetur catholicum nomen, peropportunum ducimus illius Ecclesiae vel partem ipsi Thailandensi clero regendam concredere. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ex amplissimo Vicariatus Apostolici de Bangkok, Societatis Parisiensis Missionum ad exteras gentes curis commissi, territorio aliquot seiungere provincias censuimus illarumque territorium in novum Vicariatum Apostolicum erigere, Thailandensi clero committendum. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, attento favorabili voto venerabilium Fratrum Antonini Drapier, Archiepiscopi titularis Neocaesariensis in Ponto ac in Indosinis Delegati Apostolici, nec non Renati Mariae Ioseph Perros, Episcopi titularis Zoarensis ac Vicarii Apostolici de Bangkok, omnibus mature perpensis ac certa scientia, aposto-

licae Nostrae potestatis plenitudine, ex eiusdem Vicariatus de Bangkok territorio partem seiungimus, finibus qui sequuntur determinatam: ad orientem: Vicariatu Apostolico de Phnom-Penh; contra meridiem: Thailandensis maris sinu; occasum versus: eodem maris sinu usque ad *Banpakong* fluminis ostia indeque eodem flumine usque dum limites meridionales intersecet provinciae de *Prachinburi* seu *Pachim;* eiusdem deinde provinciae limitibus occidentalibus et septentrionalibus, ita ut tota haec provincia ad novum Vicariatum erigendum transferretur. Territorium ita distractum ac definitum in novum Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, quem a *Chanthaburi* urbe eiusdem provinciae principe, de *Chanthaburi* seu *Chanthaburiensem* nuncupandum decernimus eumdemque thailandensis cleri curis concredimus, quam maxime in Domino confisi sollerti illius regionis cleri studio et industria, catholicam religionem uberiores fructus percipere posse. Novo itaque huic Vicariatui Apostolico de Chanthaburi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuit et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, die undecima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno sexto.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus Sacri Collegii

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIX, n. 51. — Al. Trussardi.

II

NEOPAMPILONEN.-DE ARAUCA (DE LABATECA)

A DIOECESI NEOPAMPILONENSI ET A PRAEFECTURA APOSTOLICA DE ARAUCA PARS SEIUNGITUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LABATECA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium qua urgemur sollicitudo a Nobis exigit ut, si qua exstet dioecesis nimio redundans territorio, pars ex ea seiungatur et nova exinde constituatur Ecclesia alteri vigilanti Pastori concredenda. Quod quidem perpendentes, libenter excipiendas duximus preces, quibus ab Apostolica Sede expostulatum est, ut e Neopampilonensi in Columbia dioecesi, quae tam ample extenditur ut nimis difficulter ab uno vel vigilantissimo Pastore gubernari possit, pars eius orientalis seiungatur, unaque cum parte adiacente Praefecturae Apostolicae de Arauca, intra limites infra designandos, in novam Praefecturam Apostolicam erigatur, Seminario Yarumalensi pro Missionibus committendam. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, prae oculis habitis tum venerabilis Fratris Caroli Serena, Archiepiscopi Titularis Myrensis, in Columbiana Republica Nuntii Apostolici, sententia, tum etiam Sacrae Congregationis Consistorialis, pro territorii parte a Neopampilonensi dioecesi seiungenda, consensu, novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus *de Labateca* nuncupandam. Decernimus insuper ut novae huic Praefecturae hi sint, qui sequuntur, limites: ad septentrionem: paroeciae de Labateca fines, iuxta *Serrano* flumen usque ad huius confluentiam cum *Culagà* flumine; hoc flumen usque ad confluentiam cum *Chilagà* flumine; hoc idem flumen usque ad *Valegrà* flumen; huius cursus usque ad torrentem *Azul* (*Chocarima*); inde vero linea recta ad fluminis *Colorado* fontes; e quibus cursus huius usque ad *Margua* flumen ad confluentiam cum *Talco;* huius cursus usque ad fontes; inde linea recta meridiana ad fines Reipublicae de Venezuela cum Republica Columbiana; eiusmodi fines, ad orientem versus, usque ad *Arauca* flumen; tractus huius usque ad confluentiam cum *Royotà;* ad orientem et meridiem: cursus *Royotà* usque ad *Sinsiga* flumen; huius cursus usque ad

Sierra Nevada; ad occidentem: divortium aquarum secundum lineam, quae transit per *Paramo de Carcasù* et montes *Hoya Grande,* usque ad *Cherela* torrentem; huius cursus usque ad *Chitagà* quod supra memoravimus flumen. Territorium ita circumscriptum a dioecesi Neopampilonensi et a Praefectura Apostolica de Arauca segregamus, illudque in novam Praefecturam Apostolicam «de Labateca» erigimus, et illam Seminarii Yarumalensis pro Missionibus curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Novae igitur huic Praefecturae Apostolicae de Labateca eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die quintadecima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus Sacri Collegii

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIX, n. 74. — Al. Trussardi.

EPISTULA

AD EXCMUM P. D. CAROLUM DE FERRARI, ARCHIEPISCOPUM TRIDENTINUM, OB CELEBRATIONEM QUARTI ELAPSI SAECULI EX QUO OECUMENICA TRIDENTINA SYNODUS INITA FUIT.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quartum exactum saeculum, ex quo Oecumenica Tridentina Synodus, innumeris ingentibusque superatis difficultatibus, istic feliciter inita fuit, ut Ecclesiam universam, ita peculiari modo vos addecet commemorare, quorum urbs dignam aptamque sedem celeberrimi huius Concilii Patribus dedit. Quamobrem gratulamur admodum quod vos, etsi res ac tempora impeditissima sunt, opportunum amplissimumque constituistis Consilium, cuius sit saecularem eiusmodi commemorationem excitare, moderari, provehere. Quod quidem Consilium, ut novimus, non modo studiosa ac sollerti navitate tua fruitur, ac praestantium e clero laicorumque ordine virorum, sed Dilecti etiam Filii Nostri Francisci S. R. E. Card. Marmaggi, qui Cardinalem Patronum agens, et sapientia sua, et Romanae Purpurae maiestate illud auget atque condecorat.

Atque id etiam exploratum Nobis est, haud mediocri cum animi gaudio, quod hac in re — non sine laude, non sine fructu — iam egistis qua scriptis editis opportunis, qua dissertationibus et acroasibus habitis, qua inceptis denique initis, quae huius eventus praeclara monumenta exstent. In quibus quidem duo nominatim placet Nobis attingere, quae peculiarem videntur gravitatem utilitatemque habere. Sacras dicimus conciones, quas « missiones » vocant in singulis Archidioecesis curialibus aedibus hoc anno habitas, quibus non modo quae in Tridentina Synodo decreta fuere, in sua luce posita sunt, sed ad ea etiam efficienda diligenterque deducenda in usum christifideles excitati sunt; itemque templum Iesu Christo, summo universorum Regi, dedicandum, quod ingenti molitione iam exstruitur, quodque, ut vobis bonisque omnibus spes est, per posterum annum ad felicem adducetur exitum.

Nos autem, dum turbulentissimam illam aetatem mente repetimus, quam proxima commemoratio referet, tristissimosque eventus, qui in causa fuere, cur hoc Oecumenicum Concilium celebraretur, ac dum Nobiscum animo reputamus laetissimos exitus salutaresque fructus, qui inde orti ac subsecuti sunt, tum illud iterum in luce omnium positum cernimus, cuius Christus est sponsor, historia testis: Ecclesiam nempe oppugnari posse, vinci non posse. Ea siquidem, ut cum Divino Conditore

suo intima atque incommutabili caritate copulatur, ita pariter cum eo coniungitur societate certaminis et communione victoriae. Quamobrem, quotiescumque petriana navicula asperrimis iactatur fluctibus ac submergi penitus videtur, tum praesentissimus adest Christus, qui ventis imperans ac tempestati, divina illa iterat effata: « Quid timidi estis, modicae fidei? »[1] « ... Confidite, ego vici mundum ».[2]

Ita prorsus evenit hoc in insidioso rerum temporumque flexu, ad quem proxima spectat saecularis commemoratio. Cernere nempe erat « inconsutilem » catholicae Ecclesiae vestem haereticos eniti temerario ausu dilacerare; populos conversionibus ac perturbationibus agitatissimos; principes, quibus erat summa rerum publicarum permissa, inter se dissentientes ac dimicantes; christianam plebem vel perterritam, vel hinc illinc nutantem atque incertam; clerum ipsum saepe non ea virtute eaque disciplina, quas sacri officii conscientia postulat, praestantem, neque increscentibus necessitatibus parem; universam denique catholicam rempublicam « iam dudum vexatam ac propemodum oppressam ».[3] Quamobrem si humanis tantummodo viribus Iesu Christi fulciebatur Ecclesia, tunc procul dubio de inclinata eius sorte ac vel de ipso eius interitu pertimescendum erat; attamen Divini eius Conditoris iterum refulsit nunquam fallenda pollicitatio: « ... Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi ».[4]

Siquidem in tanto rerum animorumque naufragio Romani Pontifices, quibus divinum mandatum traditum est universam pascendi Ecclesiam,[5] ac labantes errantesque confirmandi fratres,[6] probe reputantes « saepe in summis christianae reipublicae periculis remedium optimum atque opportunissimum Oecumenica Concilia et Episcoporum generales conventus adhibuisse »,[7] ad hoc consilium exsequendum animum induxere suum; omnesque Episcopos aliosque Patres, ad quos res pertineret — eos quoque, etsi incassum, qui ex recto veritatis itinere ex debitaque ovilis unitate aberraverant — ad generale participandum Concilium invitaverunt, in quo quidem causa universa, quae formidolosum in discrimen catholicorum omnium communitatem adduxisset feliciter opitulante Deo componeretur. Et quamvis ingentissimae difficultates ex perturbatis rerum condicionibus aliisque ex causis sapientissimum eiusmodi propo-

[1] Matth. VIII, 26.
[2] Ioan. XVI, 33.
[3] Cf. Pauli III, Bulla Indic. Conc. Trid.
[4] Matth. XXVIII, 20.
[5] Cf. Ioan. XXI, 15-17.
[6] Cf. Luc. XXII, 32.
[7] Paul. III, ibidem.

situm remorarentur ac praepedirent, nihilo secius Decessor Noster fel. rec. Paulus III, impedimenta omnia apostolico robore virilique prudentia evincens, quattuor ante saecula Oecumenicam Synodum Tridenti celebrandam tandem aliquando indixit ad Dei « gloriam atque laudem et christiani totius populi salutem ».[8] Qua quidem Oecumenica Synodo — ut iure meritoque asseverari potest — « nulla unquam fuit alia vel celebrationis tempore diuturnior, vel ob christianae doctrinae capita inibi definita amplior, vel ob legum morumque immutationem efficacior et ob superata repagula magis ardua, vel denique ob probandarum rerum diligentiam accuratior atque distinctior ».[9] Ac norunt omnes, Venerabilis Frater, ii qui historiam « veritatis lucem temporumque testem » [10] serena explorarunt perspicacique mente, quam magnae quamque opportunae hoc ex amplissimo Concilio catholicae Ecclesiae ortae sint utilitates, ac quantopere idem contulerit « ad plurimas et perniciosissimas haereses extirpandas, ad corrigendos mores, ad restituendam ecclesiasticam disciplinam, ad pacem et concordiam christiani populi procurandam ».[11] Etenim, cum duabus praesertim de causis haec sacra fuisset Synodus coacta, ut nempe catholica fides christianaeque doctrinae principia, funditus a Novatoribus perturbata, iterum in germana sua luce ponerentur, et ab erroribus tuta ac defensa, redintegrarentur in pristinum, parique modo ut privati publicique mores ac cleri populique disciplina ad debitum reducerentur decus et evangelico reformarentur afflatu, utrumque a Concilii Patribus mirabili studio mirabilique sapientia praestitum est.

Iure igitur meritoque cum duodeviginti post annos, ac post innumeras difficultates ingentesque labores Tridentinum Concilium ad felicem tandem fuisset exitum perductum, Hieronymus Ragazonus Episcopus Nazianzenus et coadiutor Famaugustanus in oratione, quam in postrema sessione habuit, omnia, quae acta fuerant, summatim diserteque referens, haec inter alia asseverare ac praedicare potuit: « Audite haec, omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis terram. Tridentinum Concilium, iam diu coeptum, aliquando intermissum, distractum varie atque divulsum, nunc demum singulari Dei Omnipotentis beneficio ... perficitur ... Actum saepe est in superioribus Conciliis de fide nostra explicanda moribusque corrigendis; sed nescio an unquam diligentius atque distinctius. Hic ... ex omnium populorum ac nationum [partibus], in quibus catholicae religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed

[8] Paul. III, ibidem.

[9] Card. Sforza Pallavicino, *Istoria del Conc. di Trento* etc., Introd. I.

[10] Cf. Cic., *De Orat.* II, c. 9, 36.

[11] Pii IV, Bulla confirm. Conc. Trid.

oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinam spectemus, eruditissimos; si usum, peritissimos; si ingenia, perspicacissimos; si pietatem religiosissimos; si vitam, innocentissimos ».[12]

Haud mirum igitur est, si ex hac sacra Synodo tot uberes salutaresque fructus in Ecclesiae bonum orti sunt, si catholica fides illustrius refulsit, si cleri populique disciplina emendata ac confirmata fuit, ac si denique vividior christianae religionis afflatus in privatos publicosque mores penitius, latius feliciusque invasit.

Horum spiritualium fructuum praestantia atque ubertate nullum aliud Concilium ad nostra usque tempora ita excellit, ut Tridentina Synodus. Quae siquidem de hereditaria labe, ex misero Adae casu orta, ac de « iustificationis » doctrina definivit ac sanxit, ea procul dubio theologorum Conciliorumque disquisitionum veluti apicem referunt. Quod vero de sanctissima Eucharistia declaravit ac decrevit, superno quodam Divini Spiritus halitu ita pervaditur, ut maximum dici queat, post Sacrarum Litterarum eloquia, de arcano hoc mysterio documentum. Ac iure meritoque asseverari potest novam sacrorum administris ex Tridentino Concilio oriri aetatem; quandoquidem opportuna, quam illud induxit, rerum morumque instauratio ac reformatio, tales Ecclesiae dedit insequentibus saeculis Episcopos, sacerdotes ac religiosos homines ac mulieres, quales, generatim ut coetus, illos superiore aevo viventes antecedere videantur, cum ob penitiorem animorum conformationem, tum ob altiorem sanctitudinis laudem flagrantioremque apostolicum ardorem. Ipse ceteroquin iuris canonici codex, Decessorum Nostrorum fel. rec. mirabile opus, nihil aliud spectat, nisi ea, quae Tridentina Synodus statuerat, persequi atque explere feliciter.

Quin immo, quodammodo visum est Deum ipsum quae fuissent in Concilio sancita tum probavisse ac confirmasse, cum, per nova divinae gratiae munera, largissime effusa, in omnibus christianae reipublicae gentibus ac populis apostolici viri ac sacrae virgines fere innumeri excitati sint, virtute egregieque factis in exemplum praestantes. Nunquam fortasse in Ecclesiae viridario tot sanctitudinis flores refulsere, vel virginitate candidi, vel facto martyrio purpurei, vel incensissimo caritatis studio quasi flammantes. Sanctimoniae fulgore, quae una ex peculiaribus notis est, quibus vera dignoscitur Ecclesia, Divinus ipse Redemptor castissimam suam sponsam praeclariore quodam modo tum voluit ante omnium oculos insignitam, cum a non paucis proculcata miserrime deserebatur.

Haec placuit, Venerabilis Frater, presse scribendo breviterque attin-

[12] Conc. Trid., ed. Soc. Goerres., tomus nonus [Actorum pars sexta], p. 1098, 1101

gere, quae videntur Nobis in proximis celebrationibus non sine utilitate meditanda atque explananda. Ac pro certo habemus, si quae hoc in Oecumenico Concilio gesta ac sancita fuere, et si qui inde consecuti sunt exitus, ea secum omnes intento reputaverint animo, facere eos profecto non posse quin, non modo summum momentum summamque gravitatem sacri huius conventus agnoscant, sed perpendant etiam nostram quoque aetatem multum adhuc habere, quod iterum atque iterum ab eodem ediscat et in vitae usum inducat. Hoc ii praesertim intellegant optamus atque animadvertant, qui catholico censentur nomine; qui porro non satis habere debent veteres commemorare glorias, sed eas in praesens etiam pro viribus aemulari; neque satis habere debent editas explicare ac commentari leges, sed eas ad rem quoque quam diligentissime adducere. Etenim « leges — ita doctissimus quem supra memoravimus Episcopus Hieronymus Ragazonus Concilii Patres alloquens, iure meritoque asseverabat — etsi optimae sunt, muta tamen res est ... Medicamentum quidem salutare compositum ac paratum iam diu habemus: verum, si morbum debet expellere, sumendum est ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc salutis nos primum inebriemur, carissimi, et vivae ac loquentes leges simus, et norma quasi quaedam ac regula, ad quam aliorum actiones et studia dirigantur: atque ita sibi unusquisque persuadeat, nihil e christianae reipublicae commodo ac dignitate successurum, nisi, quantum in se sit, studiose praestiterit ».[13]

Sed futurum confidimus ut iis etiam, qui ab Apostolica hac Sede seiuncti quidem sint, at primarias saltem divinitus patefactas veritates, de augustae praesertim Trinitatis mysterio ac de Iesu Christi divinitate, fide retineant, saecularis eiusmodi commemoratio perutilis fiat; si enim mente a praeiudicatis opinionibus libera hoc insigne christianae sapientiae monumentum intuiti fuerint, si salutaris supernaeque virtutis effectus probe consideraverint, qui inde in Ecclesiae civilisque societatis bonum profecti sint, si denique animadverterint eas omnes veritates, quae saeculi XVI Novatores cum Ecclesia Matre communes adhuc habebant, incolumes atque integras — dum hac aetate effrenus « rationalismus », qui dicitur, tantopere alicubi invaluit, ac gelida illa de quavis religione dubitatio multorum incessit animos — a Catholica tantummodo Ecclesia servatas esse, quae quidem tot tantisque in mediis conversionibus ac procellis firma perstat in fide, atque, operum potens, cuiusvis stirpis, linguae nationisque hominibus benefica est, tum iidem — ut fore sperare licet — rectum et cum historia consentaneum iudicium de gravibus hisce eventibus, quorum memoria agitur, sibi component, ac vivi-

[13] Conc. Trid. l. c.

dum impensumque ex animo quisque suo elici desiderium experientur necessariae illius cum Petro eiusque Successoribus unitatis, quam tristissima rerum adiuncta quattuor ante saecula infelicissime confregere. Hoc Nos a divino Pastorum Principe enixis precibus efflagitamus, votum illud iterantes, quo oratio in postrema Concilii Tridentini sessione concluditur: « Fac, tu Domine Deus noster ut... quod fore aliquando pollicitus es, fiat temporibus nostris, ut unum sit omnium ovile et unus Pastor ».[14]

Interea vero paterno animo exoptantes ominantesque ut proximae commemorationes, divina aspirante iuvanteque gratia, optime, salutariter feliciterque succedant, huius gratiae auspicem amantissimaeque voluntatis Nostrae testem, cum tibi, Venerabilis Frater, ac cuncto clero populoque tuis curis demandato, tum iis singulis universis, qui vel Consilio hisce agendis celebrationibus praesunt, vel idem participant, itemque iis omnibus, qui suam hanc in rem opem praestabunt et operam, Apostolicam Benedictionem libentissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Novembris, in festo Praesentationis B. Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Summus Pontifex die 27 mensis Novembris a. 1945, humanissimis verbis quibus Excmus Vir Aloisius Castiñeiras qua Argentinae Reipublicae Orator extra ordinem liberis cum mandatis Litteras publicas porrexit, haec respondit:

Señor Embajador:

Este acto solemne, con que Vuestra Excelencia inicia su misión de Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República Argentina, da de nuevo a la Representación de aquel noble país, tan próximo a Nuestro corazón, un Jefe, cuya experiencia, cualidades y elevados sentimientos dejan abierta la puerta a las mejores esperanzas.

Sus calurosas expresiones a propósito de los estrechos y sagrados vínculos, que unen al pueblo argentino con esta Sede de Pedro, no menos

[14] Conc. Trid., l. c., p. 1103.

que su afectuoso recuerdo de aquellas inolvidables jornadas eucarísticas, en las que el fervor y la fe de los argentinos se manifestaron en el imponente homenaje tributado al Rey del amor y de la paz, son para Nos una dichosa garantía, de que las constantes y cordiales relaciones entre la Iglesia y el Estado tendrán en Vuestra Excelencia un sagaz y digno fautor.

Con gratitud correspondemos a los votos que ha querido expresarnos en nombre del Señor Presidente de la República, y Nos es grato poderle asegurar ya desde el principio, Señor Embajador, que en el cumplimiento de su alto oficio jamás le faltará Nuestro apoyo benévolo y eficaz.

La misión, que le ha sido confiada, viene a encajar en un período de transición, amenazado por múltiples peligros y abrumado por el peso de incontables problemas nuevos, en una pausa agitada por las fuertes repercusiones de la horrible guerra y por los formidables obstáculos que obstruyen el camino hacia una paz durable y justa ante Dios y ante los hombres.

El superar tales impedimentos será una premisa indispensable para la consecución de una paz de verdadero progreso y de sana libertad. Las páginas de la futura ordenación de esta paz dificilmente llegarán a concretarse en una realidad viva y estable, sin la previa formación de una atmósfera de recíproca lealtad y, por consiguiente, de mutua confianza. Gracias a Dios, los más prudentes entre los Jefes de Estado y los miembros de las naciones, tanto de las que fueron beligerantes, como de las que se mantuvieron lejos del conflicto, parece que realmente han caido ya en la cuenta de que las discordias entre los pueblos y la cruel idea de la represalia a nadie sirven y con el tiempo resultan nocivas para todos. Porque lo que necesita antes que nada el mundo — el pobre mundo, desgarrado por los terribles años de guerra, en los que se dejó guiar por la pasión más que por la razón — es el alejamiento consciente de todos los impulsos que incitan a la venganza y a la destrucción, y una vuelta decidida a la sincera fraternidad, que ennoblece los sentimientos y las instituciones.

Solamente la fuerza moral de una idea o de una fe, cuya elevación y cuya potencia educativa dispongan de energía suficiente para contener dentro de los límites establecidos por Dios y exigidos por la dignidad humana el ansia de poder y de riqueza, conseguirá llevar a cabo tan profunda transformación de las conciencias. En tan ingente labor la Iglesia de Cristo tiene reservada una parte singular.

Ella sabe que, donde se va apagando en las almas o donde se ha extinguido la fe en un Padre, que está en los cielos, se ha arrancado el cimiento

más profundo y el impulso moral más eficaz a la formación del verdadero sentimiento fraternal.

Ella conoce, por dolorosa experiencia de todos los tiempos, y muy en especial de los más recientes, que la medida del éxito de su obra formativa, en pro de los más altos intereses de la humanidad, está en proporción de la libertad con que pueda propagar su doctrina.

Ella, por eso mismo, no sólo espera que el Estado — sea cual fuere la forma especial de sus instituciones o de su estructura íntima — no impedirá esta labor docente, que es en sí misma un servicio a la humanidad, sino que confía en ser sostenida por él, en tan benéfica actividad.

Estamos seguros de que el gran pueblo argentino tiene plena conciencia del bien que realizan en todos los campos tantos institutos católicos de enseñanza. Vuestra Excelencia mismo, Señor Embajador, ha tributado expresivas alabanzas al celo y al espíritu de sacrificio del clero católico que se dedica a la educación de la juventud, reconociendo así que ha sabido llevar a la práctica los sagrados deberes de su ministerio, con opimos frutos también para la vida pública y privada de la nación.

Podemos, pues, expresar Nuestra firme esperanza de que — cualesquiera que sean los movimientos políticos internos — los gobernantes de la República Argentina, sabrán garantizar a la religión de sus padres y a su misión educadora, las condiciones de existencia y de actividad que le corresponden.

La guerra, Señor Embajador, que ha visitado tantas naciones, dejándolas en gran parte convertidas en desiertos, ha respetado a su hermoso país. Sin embargo, los efectos de ella, lo mismo que de los cambios de potencia o de intereses que ha traído consigo, pudieran hacerse sentir en él con una fuerza que ni siquiera es lícito ahora prever; y, sobre todo, difícilmente podrá escapar a aquellos contrastes de ideas que ante ninguna frontera se detienen.

En medio de las dificultades que de estos roces surgen y en la gradual solución de los problemas que se vayan presentando en todos los campos del progreso civil y social, los fieles argentinos, educados en la escuela del Evangelio de Jesucristo, íntimamente unidos con su Venerable Episcopado y con su celoso clero, encuadrados en las filas de la Acción Católica, no se dejarán ganar por ninguno de sus conciudadanos en la sincera disposición para cualquier sacrificio y en la resuelta colaboración en favor del bien verdadero de su Patria.

Nos, profundamente penetrados de la gravedad del momento presente y de los tremendos deberes, ante los que se podrá hallar también la Argentina para la consecución, el desarrollo y el perfeccionamiento de

una verdadera paz en el mundo ibero-americano, alzamos Nuestro corazón y Nuestras manos a Dios, dador de toda paz, e invocamos su luz y su gracia sobre todos aquellos, gobernantes y gobernados, de cuyas decisiones ha de depender en gran parte el porvenir próximo, lo mismo que el remoto.

Y ahora, al contemplar por primera vez ante Nos a Vuestra Excelencia, Nos parece encontrarnos en espíritu otra vez en su Patria lejana, y experimentamos el ardiente deseo de hacer saber por su medio a todos aquellos hijos e hijas amadísimos, lo cerca de ellos que vivimos constantemente y el gozo que sentimos al poderles enviar, como señal y prenda de esta íntima unión, Nuestra Bendición en la que tenemos la intención de incluir, de modo especialísimo, a Vuestra Excelencia y a todos sus dignos colaboradores, esperando que en la historia de las relaciones entre la Santa Sede y la República Argentina, esta misión, hoy tan felizmente comenzada, pueda ocupar un día una página de gloria y de honor.

II

Summus Pontifex, die 29 Novembris a. 1945, coram Hebraeis profugis, post aerumnas belli e captivitate redeuntibus, Ei grati animi sensus proferentibus, haec verba fecit:

La vostra presenza, Signori, Ci sembra un eloquente riflesso delle trasformazioni psicologiche e dei nuovi orientamenti, che il conflitto mondiale ha sotto vari aspetti maturati nel mondo.

Gli abissi della discordia, dell'odio e della follia della persecuzione, che per l'influsso di erronee e intolleranti dottrine, in opposizione allo spirito nobilmente umano e veramente cristiano, furono aperti fra i popoli e le stirpi, hanno inghiottito innumerevoli vittime innocenti, anche fra quelle che non avevano avuto alcuna parte attiva negli eventi della guerra.

Questa Sede Apostolica, fedele ai principi eterni che irradiano dalla legge scritta da Dio nel cuore di ogni uomo, che risplendettero nella rivelazione divina del Sinai e hanno trovato la loro perfezione nel Sermone della montagna, non ha lasciato mai, e in nessun momento per quanto critico, alcun dubbio che le sue massime e la sua azione esterna non ammettevano, nè possono ammettere, nessuna di queste concezioni, le quali nella storia della civiltà saranno annoverate fra i più deplorabili e disonorevoli traviamenti del pensiero e del sentimento umano.

La vostra venuta intorno a Noi vuol essere un'intima testimonianza

di gratitudine da parte di uomini e di donne, che, in tempi per loro angosciosi, e spesso anche minacciati da imminente pericolo della vita, hanno sperimentato come la Chiesa cattolica e i suoi veri seguaci sanno nell'esercizio della carità sollevarsi al di sopra di tutti gli angusti e arbitrari limiti creati dall'egoismo umano e dalle passioni razziste.

Senza dubbio, in un mondo, il quale soltanto lentamente e lottando con numerosi ostacoli si trova a dover affrontare e risolvere i molteplici problemi che sono il doloroso retaggio della guerra, la Chiesa, consapevole della sua missione religiosa, non può se non mantenere un saggio riserbo di fronte alle singole questioni in quanto sono di carattere puramente politico e territoriale. Ciò tuttavia non impedisce che essa, proclamando i grandi principi della vera umanità e fraternità, venga a porre le basi e i presupposti sicuri per la soluzione delle questioni medesime secondo giustizia ed equità.

Nelle vostre stesse persone voi avete provato i danni e i morsi dell'odio; ma in mezzo alle vostre angustie avete pur sentito i benefici e le delicatezze dell'amore; di quell'amore che non trae il suo alimento da motivi terreni, ma da una profonda fede nel Padre celeste, il cui sole splende su tutti, di qualsiasi lingua e stirpe, e la cui grazia è aperta a quanti cercano il Signore in spirito e verità.

Su voi pertanto, che avete voluto manifestarCi così apertamente la vostra riconoscenza, invochiamo i lumi e la protezione dell'Altissimo, poichè Egli è il Padre delle misericordie e il Dio di ogni consolazione, fonte suprema di salvezza e di conforto, non meno per i singoli uomini, che per i popoli e le nazioni.

NUNTII RADIOPHONICI

I

DIE XXVIII MENSIS OCTOBRIS A. MCMXLV DATUS, CHRISTIFIDELIBUS ARGENTINAE, EXEUNTE SAECULO AB INSTITUTIONE SODALITATIS A PRECATIONIS APOSTOLATU BONAËRENSI IN URBE COADUNATIS AC SSMO CORDI IESU TOTAM REMPUBLICAM DICANTIBUS.

Amadísimos hijos de la República Argentina que, reunidos en la espléndida Buenos Aires, conmemoráis el centenario del Apostolado de la Oración con la consagración de vuestra patria al Sagrado Corazón de Jesús:

Muchas veces, por amable disposición de la Divina Providencia, os

hemos dirigido Nuestra palabra, unas de cerca, en ocasión inolvidable y otras de lejos por medio de las ondas peregrinas; comprenderéis, pues, que Nuestra alegría suba de punto al hacerlo ahora, cuando a las imponentes manifestaciones de vuestra fe y de vuestro amor al Santísimo Sacramento del Altar, añadís dignamente el acto magnífico de hoy, día grande y santo, « dies sanctificatus est Domino Deo Nostro ».[1]

Más de una vez también hemos tenido ocasión de recordar el centenario de esta dilecta y aguerrida milicia de la gloria de Dios, que es el Apostolado de la Oración; pero jamás, como en el caso vuestro, hemos visto cristalizar ante Nuestros ojos el recuerdo en un fruto más generoso y más grande.

¡La República Argentina, la gran nación americana, el país de los solemnes triunfos eucarísticos está ya y para siempre consagrado al Corazón Deífico!

Y notad además qué providencial coincidencia, precisamente en la solemnidad de Cristo Rey; al clausurar aquellas incomparables manifestaciones de piedad eucarística del parque de Palermo, que Dios quiso hacernos gustar con vosostros, Nuestras últimas palabras fueron precisamente para cantar la Realeza de Cristo: « Aceptará — terminábamos diciendo — nuestras súplicas, nuestros clamores y reinará en todas las almas... y su reino no tendrá fin ». Y hoy, lo que estáis haciendo no es más que actuar definitivamente vuestra determinación de hacer reinar a Jesucristo, a su ley y a su amor en medio de vuestro pueblo. ¡Porque una nación consagrada al Corazón Divino no es ni más ni menos que un pueblo, ansioso de que el amor de Jesucristo reine en él y resuelto a llevar a la práctica este deseo!

El foso, que va dividiendo al mundo en dos partes, cada día se hace más ancho y más profundo. El ardor — en unos del amor y en otros del odio —, al crecer continuamente, pulveriza y derrite cada vez con más vigor la tibieza de las zonas intermedias. Del lado de allá, los que niegan a Dios, los que propugnan la lucha entre los hombres, los que nunca se sacian de grandeza y de dominio, los que quieren encender en todas partes el fuego del odio y de la destrucción; del de acá, los que acatan la santa ley divina, los que anhelan vivir de caridad, los que hallan sitio en su corazón para todos los pueblos de la tierra, los que ansían llevar a todas partes el Evangelio del Amor. Allí, los que siempre han de buscar más, porque no esperan más que los de la tierra; aquí, los que pronto se contentan, porque buscan las cosas de acá abajo solamente como escalera para el cielo.

[1] 2 *Esd.* 8, 9.

